



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Franciscus Boil n. 106

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

tico , normaque viuendi Mendicante & Monastica.  
Hec ille.

Bacchanalium reformationis.

105. \* A GABRIELE TELLEZ, *Definitore, ac Generalis etiam Ordinis Historiographo in suo Thirso fol. 77. col. 1.* Bacchanalium (ait) dierum reformatio perspicaci in omnibus Religioni Iesuiticæ omnino debetur: illa hos dies tot ludis prophanatos, tot vitijs armatos, & pietati, & sermonibus, Iubilais, & cultui Sacramenti Sanctissimi dedicauit. Eius filij vi differtissimi reformatores, carnis effrænata licentiam Christi carne refrænauerunt: eorum diligentia non iam Bacchanalium, sed quasi Maioris Hebdomadæ hi dies antecinerales apparent, &c.

Christi carne, carnis licentiam refrænans.

Clarissima supra omnes sacras Congregationes.

Precincta scientiarum omnium toga.

Ardenti charitate omnibus se accommodat.

Orbis Scholæ, fidei ornamentum & Euangelij officina.

Vera Apostolorum successio, humeris Christi subsidiū dignissimū & schola Vniuersalis Ecclesiæ.

106. \* A FRANCO BOIL *Regio Concionatore ac celeberrimo in sermone S. Fran. Xauerij, qui habetur in sua sacra Decima §. 1. fol. 129.* O clarissima (exclamat ille) supra omnes sacras Congregationes Religio sacra, ac insignis Societatis IESV, cuius ardens charitas facit, vt quamuis te præcingas scientiarum omnium insigni toga, vrgeat te tamen magis cum exutis supremi Magisterij tui ornamentis, induis iam Angli, iam Belgæ, iam Indorum personam, vt omnes Christo lucrificas. *Et §. 3. fol. 146. col. 2. iterum exclamat.* O Societas IESV Religio Sacratissima, Orbis Scholæ, fidei Ornamentum, Euangelij Officina maxima, vera Apostolorum successio, humeris Christi subsidiū dignissimū, filiorum tuorum multitudine stellas ipsas superante, & innumerorum Martyrum Coronis, quas omnes Xauerio debere se fatebuntur, nobilissima. *Hec ille. Et in Approbat. ad Discursum P. Andrade de Baptismo Deiparæ, Societatem vocat, Sacram & excelsum, Scholamque Vniuersalem Ecclesiæ.*

107. A FRAN. HENRIQUEZ *Ordinis Presentato, scriptorūque in Vulgari idiomate non vulgari, qui per varias Excellentias, in Ignatij, & Societatis laudes mirum in modum, acute & eleganter excurrit, Tom. 2. de sanctis, oratione de S. Ignat. Excellent. 2. fol. 4. col. 1.* Societas (inquit) IESV, ideo forsan tam hono-